



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iani Gvlielmi Verisimilivm Libri Tres

Gulielmus, Janus

Antverpiae, M. D. LXXXII.

Cap. VI. Tentio. Tentigo. Tendere. Mors Aristotelis. μόρρα Morta. Ex eodem
Censorino menda aliquot sublata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70877](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70877)

*Attius Phœnisis ab draconis: stirpe amata exaratus
nere antiquior.*

Quis non videt, quàm hæc corrupta? olim aliam
iam proximè ductum litterarum malo corrigeret:

— ab draconis es

Stirpe armata exaratus, genere antiquior.

Exaratus, si rem spectes, *απαρτός* est. agrum enim co-
fitum qui dicit, eundem aratum, ut Grammatico
quuntur, adsignificat. Reponendum id verbum
hoc quoque Censorini loco paucis interiectis ve-
sibus:

*Nec non in agro Tarquiniensi puer dicitur diuinitus exaratus
nominis Tages.*

ms. diuinitus exaratus. Quis dubitet verum esse, exaratus. M. Tullius De Diuinatione II. Tages *quidam*
dicitur in agro Tarquiniensi cum terra araretur, & *super*
altius esset impressus, extrisse repente & cum affatus *est*
sui arabat. Vide porro quæ sequuntur illico de Am-
mianum Marcellinum libro XXI.

CAPVT VI.

Tentio. Tentigo. Tendere. Mors Aristotelis. *uicē* Mors
Ex eodem Censorino menda aliquot sublatæ.

EIVSDEM Censorini, ubi de seminis profu-
tia philosophorum: controuersas opiniones recentis
locus ita vulgatur: Hipponi verò Metapontino, *suus*, ut
Aristoxenus auctor est, Samio ex medullis profluere *semis*
videtur, idque eo probari quod post admissionem *(sic re-
cètè ms.)* medullas utpote exhaustas non reperiat: sed hanc
opinionem nonnulli resellunt, ut Anaxagoras, Democritus,
Alcmaeon. hi enim post *Græcam* contentionem non medullis
modo, verum & adipe multaque carne mares exhaustis
reperit.

respondent. In quibus verbis, quid sibi velint illa, post
 hanc contentionem, nullus video: & mirum, ni ve-
 niest coniectura mea, post gregum contentionem, siue
 potius, vt Palmerio nostro videbatur, tentionem. Vi-
 tando loco fuit cognatio litteratum C. & G. quæ in
 multis promiscuè & scribebantur & efferebantur.
 Sic eadem esse cerro, gerro, calbei, galbei, acetare,
 agitare ex Grammaticis notum est. Græcum ergo
 pro gregum antiquè scriptum cum offenderet nescio
 quid tenebrio, loco nebulam quam dispulimus of-
 fudit. Tentionem accipio ὀμίον ἐς σωσσίαν. ten-
 dere enim in obscænis est: vnde tendero qui libici-
 nantur, & tento ὁ πειρασμός in carmine Ithy-
 phallico.

Idem Censorinus Capite V.

Aristotelem Stagiriten reperit: sed hunc ferunt natura-
 lem stomachi infirmitatem variâsque morbidi corpo-
 ris offensiones adeò virtute animi diu sustentasse, vt
 magis mirum sit ad annos LXXI. eum vitam perdu-
 lisse, quam vltra non potuisse.

Primum repperit syllaba vltima in ms. in litura
 dat. vnde mihi suspicio est fuisse, reperio. Reppe-
 rat quod scribit lectione veterum διοργασον: è qui-
 bus Diogenes prodidit Aristotelem cum annos tre-
 decim in Lyceo scholas habuisset, secessisse in Chal-
 cidem, ibique anno ætatis sexagesimo tertio morbo
 esse confectum. Postea malim scribi, quam vltra non
 potuisse. Suavior enim est παρορυσια & sententia
 apertior. Mirum ait esse, perseverare in vita eo vs-
 que potuisse; tantum abesse, vt etiam porro eam ex-
 tendere potuerit.

Idem Capite IIX.

Nam vt alie occasum alia stationem faciant, nòsque
 omnes

omnes hac sua disparilitate pariter afficiunt sua per
potentia.

Locus vix suspectus vitij: sed optima membrana ha
benet, hac sua disparilitatem peritura. Vnde non dissi
limum fuit elicere: disparili temperatura. Dispari
astra temperata sunt, ab iisque nos omnes afficiunt
sed non pariter siue eodem modo, quod tinnit
gata lectio, sed diuersimodè.

Idem Capite IX.

Sunt autem ha particula in vnoquoque signo tricen
tius verò Zaphiri numero CCC. LX. has λέγειν Græci
καλεῖ, et he particule nobis veluti fata sunt.

Plinius m̄s. has μοῖρας Græci cognominarunt: eò videlicet
quod eas fatales nuncupant μοῖρας. præclare; leuiter
men immuto, quod deus fatales. μοῖραι. Parce sunt
Apollodorus: ἐκ μὲν δὴ Δέμου ὁ τῆς ἐραῖος γένος (ὁ ἄλλος)
δυνατέρας, ἄρας, εἰρήνην, δίκην, μοῖρας κλωσῶν, λάργαν, ἀρ
τορ. Adde isthuc μοῖρας verustissimos Latinos Mor
tam transitulisse. Liuius Odyssea:

Quando dies adueniet, quem Morta profata est.

CAPVT VII.

Rata vota. Resignare. Lena. Discingere. Emaculati
sus aliquot Martialis.

ELEGANS, meo animo, poeta Martialis, & e quo
festiuitatis & eruditi leporis multum haurire
fuisse tamen haud dubio aliquantò amplius, si mo
rem maiorum æmulari, quàm sæculum suum imi
ri; & sua interdum quàm epigrammatum lingua
qui maluisset. In eius libro IX. quædam non mi
gnæ rei quæ sparsim notavi studiosos poetices
celabo.

Epigram-

Ant. Mu
Varia Lec
LIII
28